Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



clxxx,

diabolicos tueant semp
incursus, Dominica xvij,
Iustus es domine et
rectum iudicium tuum
fac cum seruo tuo se
cundum misericordiam tuam,
Ps. Beati immaculati
in via qui ambulant in lege domini,
Oro quesis domine per filium tuum, Oro.
tuo diabolica uitare
contagia; et te solum deum
pura mente sectari ad effectum.
Fratres, Obsecro uos ego
vinctus in domino
ut digne ambulatis uoca
tione qua uocati estis: cum
omni humilitate et man
suetudine, cum patientia
supportantes inuicem in cari
tate, solliciti seruare uni
tatem spiritus in uinculo pacis,
Unum corpus et unus spiritus; sicut
uocati estis in una spe uo
cationis uestre, Unus dominus:
una fides: unum baptisma;
unus deus et pater omnium qui est
super omnes et per omnia et in omni
bus, qui est benedictus in secula
seculorum amen, Gradualia Beata gens
cuius est dominus deus eorum populus
quem elegit dominus in hereditatem sibi.
V. Vivo dum cedi firmati sunt et
spiritus oris eius omnis uirtus eorum.
Alla: Paratum cor meum deus paratum
cor meum cantabo et psallam in gloria mea,
In illo t. Cum esset iesus
introisset iesus in domum
cuiusdam principis pharisei
sabbato manducare panem;
et ipsi obseruabant eum,
Et ecce quidam hydropicus
erat ante illum, Et respondens iesus
dixit ad legisperitos et pharisaeos
dicens, Si licet sabbato curare?
At illi tacuerunt. Ipse uero ap
prehensum sanauit eum ac
dimisit, Et respondens ad illos
dixit, Cuius uestrum asinus
aut bos in puteum cadit, et
non continuo extrahet illum
die sabbati? Et non poterant
ad hec respondere illi, Dicebat
autem et ad inuitatos parabo
lam intendens quomodo primos
accubitus eligerent; dicens
ad illos, Cum inuitatus fuis
ad nuptias non discumbas
in primo loco, ne forte bono